



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclvsio LXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

M. L. RESOLV TIONES DE VIRT VTE IN  
CONCL V S I O      LIX.

Thesauros ecclesiæ sanctus Laurentius dixit esse paupe  
res ecclesiæ, sed locutus est usū uocabuli suo tempore.

P A T E T satis ijs, qui legendā sancti Laurentij uiderunt, de  
inde nō est nunc usus uocabuli, ut thesauros Ecclesiæ uocet ho  
mines pauperes, sed patrimoniū Christi & S. Petri appellamus,  
quod palea quædam, sine tamen grano Constantini, dedit ec  
clesiæ. Ideo dicit Psal. ij. ubi deus dicit Christo, Postula a me &  
dabo tibi gentes in hæreditatem, & possessionem tuam termina  
nos terræ, intelligi oportet oppida & agros ab oriente in occi  
dentem. Alioquin nostro tempore si quis loquatur aliter de rea  
bus ecclesiæ & spiritualibus, erit barbarus nobis, licet & beatus  
Laurentius facultates ecclesiæ dixerit diuitias, sed non solas.

C O N C L V S I O      L X.

Sine temeritate dicimus, Claves ecclesiæ (merito Chris  
ti donatas) esse thesaurum istum.

S I istud meritū uocaretur, & thesaurus indulgentiarum, scis  
licet potestas clavium, plana est intelligētia. Nullus em dubitat  
quoniam merito Christi donatum sit ecclesiæ, quicquid donatū est.

C O N C L V S I O      L XI.

Clarum est enim, quod ad remissionem pœnarum & ca  
suum, sola sufficit potestas Papæ

P R O B A T V R ex ipso stilo Papæ, dū nūc meminit me  
ritorum Christi in ligando aut soluendo, sed tantūmodo dicit  
de plenitudine potestatis, ex certa scientia & motu proprio.

Secundo, ex cōmuni omniū sententia probantiū, indulgen  
tias uirtute illius uerbi donari, ubi Christus dicit, Quodcūq; sol  
ueris &c. Quod uerbum putant sine uigore esse, nisi potestatē  
donandi permitteret. Quare & ipsi solam potestatē intelligent  
sufficere, nulla autem authoritate probant thesaurum, sed hanc  
authoritatem uelut sufficientē adducunt, quæ tamen sonat hu  
dam potestatē, non autem applicationem meritorum.

Tertio, Alioquin etiā in alijs ligationibus & solutionibus in  
telligēda esset distributio meritorū, puta, quādo sacerdotali offi

## DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

cio excōmunicat, absolvit, ordinat, deordinat, statuit, abrogat, præcipit, prohibet, dispensat, mutat, interpretat. In ijs enim om̄ibus agitur uirtute istius uerbi, Quodcunq;. Si ergo in istis nō est necessaria distributio meritorū, sed sufficit potestas nuda clauiū quanto magis in remissione pœnarū Canonicarum: cū talis remissio sit nihil aliud q̄ absolutio a pœnis, imo si uspiam sit distri butio meritorū Christi, maxime fieri debet in absolutione excōmunicati, ibi enim reconciliatur Ecclesiæ peccator, & rursum declaratur particeps bonorē Christi & ecclesiæ. Nulla itaq; est ratio quare illud uerbū, Quodcunq; solueris, in indulgentijs includat thesaurum Christi, & nō etiam in omnibus alijs solutionibus, cum sit eadem authoritas, eadem uerba, eadem sententia in illis.

Quarto, Si soluere per clauē in uenijs dandis, importat aper tionem & effusionem thesauri ecclesiæ, ergo per oppositum, ligare importabit collectionem & inclusionem thesauri eiusdem. Sunt enim contrariae potestates, & contrariorum operum. Sed nusq; & nunq; est usus colligendi aut includendi hunc thesaurū & tamen si solutio & effusio est, etiam inclusionem esse necesse est, cum utrumq; donatum sit ecclesiæ, nec frustra, aut uane donatum. Ergo sicut ligare, intelligitur sine collectione thesauri, debitorum facere, nec aliquid ei positivē auferre, ita soluere cogit in telligi, liberum facere, sine expensione thesauri positivē.

## C O N C L V S I O L XII.

Verus thesaurus Ecclesiæ, est sacro sanctum Euangeli um, gloriæ & gratiæ dei

S A T I S incognita res est Euangeliū dei in multa parte ecclie, ideo paulo latius de illo dicendū, Nihil enim reliquit in mundo Christus, præter solū Euangeliū. Vnde & nihil seruis suis uocatis tradidit, q̄ minas, talenta, pecunias, denarios, ut ex ijs ipsis uocabulis thesauorē, ipsum uerū thesaurū esse ostéderet, Et Paulus dicit sese thesaurisare filijs suis, Et Christus thesaurū abscondi tum in agro. Et hoc ipsum quod est absconditus, facit, ut sit pariter & neglectus. Est autē euangeliū secundū Apostolum Ro. i. Sermo de filio dei incarnato, nobis sine meritis in salutē & pacem donato, Est uerbū salutis, uerbum gratiæ, uerbū solatiū, uerbum gaudij, uox sponsi & sponsæ, uerbum bonū, uerbū pacis,

K